



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilium Apvd Trosleivm. In Qvo Isaac Comes Cvm Stephano episcopo
Camaracensi rediit in gratiam, anno DCCCCXXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

20 IOANNES C. RHEMENSE. HENRICVS I. IMPERATOR.
P.X. CAROLVS SIMPLEX R. FR.

CONCILIVM RHEMENSE
INCERTI LOCI,

In quo pœnitentia iudicata est iis qui bello Sueffionico inter Robertum
& Carolum reges interfuerunt anno * DCCCCXXIII.

ANNO
CHRISTI
[913].

* ad. 914.

ANNO dominicæ incarnationis DCCCCXXIII. episcopatus autem domini Seulti secundo, conuenientes sancti patres, Seulfus scilicet Rhemorum archiepiscopus, Abbo Sueffionicae vrbis episcopus, Adelelmus Laudunensis, Stephanus Camaracensis, item Adelelmus Siluanectensis, Airardus tunc inibi ordinatus Nouiomagensis, cum ceterorum eiusdem Rhemensis dioceſeos episcoporum legatis, decreuerunt hanc pœnitentiam his qui bello Sueffionis inter Robertum ac Carolum acto interfuerant iniungendam: videlicet, ut tribus quadragesimis per tres annos agant pœnitentiam: ita ut prima quadragesima fint extra ecclesiam, & coena Domini reconcilientur. Omnibus vero his tribus quadragesimis, secunda, quarta, & sexta feria, in pane, sale, & aqua abstineant, aut redimant. Similiter quindecim diebus ante nativitatem sancti Ioannis Baptista, & quindecim diebus ante nativitatem Domini saluatoris, omni quoque sexta feria per totum annum, nisi redemerint, aut festiuitas celebris ipsa die acciderit, vel eum infirmitate sive militia detentum esse contigerit.

CONCILIVM APVD TROSLEIVM.

IN QVO ISAAC COMES CVM STEPHANO
episcopo Camaracensi rediit in gratiam,
anno DCCCCXXIV.

ANNO
CHRISTI
914.

FLODOARDVS in chronicō: Anno, inquit, DCCCCXXIV. Isaac comes quoddam castellum Stephani Camaracensis episcopi dolosa infestatione comprehendens incendit. Et post alia: Synodus episcoporum Rhemensis dioceſeos apud Trolleium Octobri mense habita, Seulfo archiepiscopo præidente: in qua Isaac comes ad emendationem & satisfactionem venit pro his quæ praeue aduersus

IOANNES C. APVD CARILOCVM. HENRICVS I. IMPERATOR.
P. X. CAROLVS SIMPLEX R. FR. 21

ANNO CHRISTI
924. ecclesiam Camaracensem perpetrauerat : & vadatus argenti libras centum, pacatur cum Stephano præfatæ vrbis episcopo, præsente Heriberto & pluribus qui aderant, Franciæ comitibus.

NOTA SEVERINI BINII.

^a *Concilium.*] De hoc Concilio in Galliis habitu Flodoardus libro 4. capite 19. Duarum aliarum Synodorum eodem loco celebratarum idem Flodoardus meminit: quarum una habita fuit sub præsidio Heriuei Rhemensis archiepiscopi, in præsentia Caroli anno 921. Altera vero post occidum Seulfum, & quinquennalem Heriberti comitis filium Rhemensis ecclesiæ episcopum electum, celebrata est anno 927. in qua Herluinus comes publicam egit poenitentiam, eo quod duxisset vxorem alia adhuc superiuente. Vide chronicum Cameracense libro 1. cap. 63.

Exstat supra
sub Sergio
III. anno
909.

ANNO CHRISTI
926. CONCILIVM APVD CARILOCVM
ANNO DCCCCXXVI.

Ex tabulis Carilocensis monasterii. Anno incarnationis dominice DCCCCXXVI. dominus Anchericus sanctæ Lugdunensis ecclesiæ archiepiscopus, dominus quoque Geraldus Matiscensis ecclesiæ venerabilis pontifex, nec non Odelardus Maurianensis episcopus, ad Carilicum monasterium conuenerunt, ibique diu vigilanti cura synodali consuetudine tractauerunt, qualiter ecclesiis locisque sanctorum desolatis propter prauorum hominum nequissimam cupiditatem subuenire potuissent, &c. Enumerantur deinceps ecclesiæ decem, quas Synodus monasterio diuersis locis ablatas restituí iussit.

ANNO CHRISTI
927. CONCILIVM APVD TROSLEIVM,
IN QVO HERLVINV S COMES POENITENTIAM
sabuit pro vxore quam duxerat alia viuente,
anno DCCCCXXVII.

FLODOARDVS item in chron. Anno, inquit, DCCCCXXVII. Synodus sex episcoporum apud Trosleum habita, contradicente rege Rodulfo, per missos Heriberti comi-

C iij